

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

2. Considerando Circumstantias. Quis patitur ? Qualis patitur? Quantus,  
&c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

crudelitatem, cæcitatem, detestabor, deflebo pro mea, totiusque generis humâni redemptio ne gratias agam, salutis studium, & curam, in me aliisque promovere, in Dei miserationibus confidere, Christi obedientiam, humilitatem charitatem, patientiam, aliasque virtutes imitari, pro Christo laborare & pati, Passionis ejus affectus, atque fructus in me, & in proximo derivare constitutam; ad idque auxilium à Patre eterno, per Christi merita, per Matris ejus, Sanctorumque intercessionem petam. Meditatio nem demum oratione Dominicâ & salutatione Angelica concludam.

## MODUS II.

**A**lter modus Passionem Dominicam meditandi est, expendere illam secundum circumstantias ejus; v. g. 1. Quis est qui patitur? 2. Qualis est qui patitur? 3. Quantus est qui patitur? 4. Qua de causa patitur? 5. Quali formae patitur? 6. Quanta sit quæ patitur? 7. Quid e hoc consequitur quod patitur? Quæ omnia fuis verbis sancti Bonaventuræ explicata cognoscere, utile erit. ita igitur ille. *Tomo 2. opusc. opusculo 26. In Parvo bono particul. Hoc opusculum etiam vocatur. Incendiuu amoris.*

Primo, considera, quis est qui patitur, & „subdere per rationis assensum, ut credas firmius, simè ipsum veraciter esse Dei filium, omnium rerum principium, Salvatorem hominum, & tributorem meritorum omnium.

„Secundò, considera, qualis est qui patitur, & ei configurare per compassionis affectum, „scilicet

scilicet ut compatiaris ei, tanquam innocentis-,  
simo, mitissimo, nobiliissimo & amantissimo.

*Tertiò*, considera, quantus est qui patitur?,,  
& ad ipsum egredere per admirationis aspe-,,  
ctum; & attende, quod ipse est immensus pote-,,  
stāte, speciositate, felicitate, & æternitate, igi-  
tur admirare, immensam potestatem annihilari,  
speciositatem decolorari, felicitatem tormentari,  
æternitatem mori.

*Quarto*, considera, qua de causa patitur? &,,  
te ipsum obliviscere per devotionis excessum;,,  
quia patitur pro tua redēptione, illuminatio-,,  
ne, sanctificatione, & glorificatione.

*Quintò*, considera quali formā patitur? &,,  
ipsum induere per assimulationis amictum.,,  
Passus est enim sicut verus Agnus, libentissimè,,  
respectu proximi, severissimè respectu sui: obe-  
dientissimè respectu Patris, prudentissimè respe-  
ctu adversarii. Stude igitur ad habendum habi-  
tum, secundūm effigiem imitationis Christi sci-  
licet benignitatis, severitatis, humilitatis, & per-  
spicacitatis.

*Sextò*, considera, quanta sint quæ patitur?,,  
& crucem amplectere per Passionis desideri-,,  
um: ut sicut Christus passus est vincula, ut im-,,  
potens omnipotentia; convitia ut vilis bonitas;  
Iudibria, ut stulta sapientia; & supplicia ut iniqua  
justitia: sic & tu considera, & amplectere Pas-  
sionem Crucis, hoc est Passionem plenam inju-  
riis in rebus, contumeliis in verbis Iudibriis in sig-  
nis, suppliciis in tormentis.

*Septimò*, considera, quid ex hoc consequi-,,  
tur quod patitur? & veritatis radium intuere,,  
per contemplationis oculum; quoniam ex hoc,,

quod Agnus Passus est, septem libri signacula  
aperta sunt. Liber iste est universalis notitia re-  
rum, in qua septem erant clausa homini, quæ qui-  
*Apoc. 5.2.* dem sunt per Passionis Christi efficaciam reserata.  
Scilicet 1. Deus admirabilis. 2. Spiritus intelli-  
gibilis. 3. Mundus sensibilis. 4. Paradisus desi-  
derabilis. 5. Infernus horribilis. 6. Virtus lau-  
dabilis. 7. Reatus culpabilis.

„Primo, Deus admirabilis manifestatus ei-  
„nobis per crucem, esse summæ & inscrutabilis  
„sapientiæ, summæ & irreprehensibilis Justitiae  
„summæ & inenarrabilis misericordiæ. Summa  
enim sapientiæ suā decepit diabolum, summā suā  
Justitiā quæsivit Redemptionis pretium. Sum-  
mā suā misericordiā, pro nobis tradidit Filium su-  
um; quæ si diligenter considerentur Deum no-  
bis clarissimè & charissime manifestant.

„Secundò, Spiritus intelligibilis nobis mani-  
festatus est per crucem, secundum differentiam  
triplicem: scilicet. Quantæ sit benignitas,  
quantum ad Angelos? Quantæ sit Dignitas,  
quantum ad homines? Quantæ sit crudelitas,  
quantum ad dæmones. Nam Angeli permiserunt  
crucifigi Dominum suum. Dei filius crucifixus  
est propter genus humanum, & hoc ad crude-  
lem suggestionem dæmonum.

„Tertio, Mundus sensibilis nobis mani-  
festus est per crucem: quoniam locus est tenebra-  
rum plenus, in quo regnat cæcitas, quia lucem  
veram & summam non cognovit: regnat sterili-  
tas, quia JESUM Christum, tanquam infructuo-  
sum despexit; & regnat impietas, quia Deum &  
Dominum suum, & amicum, & innocentem  
damnavit, ac interfecit.

„Quartæ,

Quartò, Paradisus desiderabilis nobis manifestatus est per crucem, in quo est fastigium totius gloriae, speculum omnis lætitiae, & promissum opulentiae. Unde Deus propter illam habitationem nobis restituendam, factus est pro nobis homo; scilicet vilis, miser, pauper, in quo Celsitudo abjectionem induit, Justitia reatum subiit, Opulentia egestatem suscepit. Nam altissimus Imperator, accepit servitutem abjectam, ut nos sublimaremur in gloriam. Justissimus Judex subiit reatum pænalissimum, ut justificaremur à culpa. Opulentissimus Dominus suscepit egestatem extremam, ut locupletaremur in copia.

Quintò, Infernus horribilis manifestatus est, nobis per crucem. Locus utique plenus omnium egestate & penuriâ, vilitate, & ignominiâ, & omni calamitate & miseriâ: unde si necesse fuit Christum hæc pati propter peccati deletionem, multò fortius hæc oportet pati damnatos, propter justam meritorum suorum retributionem.

Sextò, Virtus laudabilis est nobis manifestata per crucem, quantum scilicet sit pretiosa, speciosa, & fructuosa. Verè pretiosa, quia Christus voluit potius vitam corporalem perdere, quam virtuti contraire. Verè speciosa, quæ in ipsis contumeliis relucebat. Verè fructuosa, quia unus actus perfectæ virtutis infernum spoliavit, cælum aperuit, & perdita restauravit.

Septimò, Reatus culpabilis manifestatus, nobis est per crucem, scilicet quantum sit detestabilis, cum ad sui remissionem indigeat, tam magno pretio, tam grandi piaculo, & tam difficile medicamento. Ecce igitur habes, quomodo

„in cruce omnia manifestantur (seu septem signa crucis, nacula libri solvuntur.) Si bene ad hæc septem signa, reducantur. „] Hactenus S. Bonaventura suo quidem modo cum multiplici distinctione, sed simul cum inflammata charitate, nec non cum admirabili materiæ meditandæ fæcunditate.

Hic idem modus per circumstantias medianti Passionem Dominicam, potest hac ratione disponi.

*Primo, Considera. Quis patitur?* Deus Homo Christus IESUS, quatenus Deus, Infinitæ Dignitatis & Majestatis, sapientiæ, omnipotentiæ, beatitudinis, cui omnis honor & gloria debebatur omni creatura, propter excellentiam, propter beneficentiam, propter omnipotentiam, propter omnidominium & regnum, propter independentiam ab ulla re, omnium vero ab ipso dependentiam, propter plenitudinem, infinitudinemque omnis perfectionis, propter immensitudinem essentiæ, &c. Quatenus homo, infinitæ iterum propter unionem Hypostaticam cum Verbo dignitatis, gratiarumque tam naturalium quam supernaturalium possessionis: utpote in quo plenitudine Divinitatis inhabitavit corporaliter, & omnethesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi fuerunt, accessit Dignitas Supremi inter Deum & hominem Mediatoris, sumi item Sacerdotis atque Pontificis, Regis quoque Regum, & Domini Dominantium, Primogeniti omnium creaturarum earumque Hæredis, Judicis etiam vivorum ac mortuorum. Accessit præterea sanctitas non per gratiam, sed per ipsius Divini Verbi sanctitatem. Innocentia quoque & impeccabilitas tum vero bonitas, omnis malitiæ & peccati ex-

pers

pers. Beneficentia verò in omnes infirmos, &  
à diabolo oppressos. Accessit gratia Messiae,  
Fundatoris & fundamenti Ecclesie Dei, Sancti  
quoque Sanctorum, Doctoris Justitiae ac Veri-  
tatis, Principis pacis, & Patris futuri sæculi, Pro-  
phetæ, Magni consilii Angeli, Principii & finis;  
viæ veritatis, & vitæ ostii, Pastoris boni, pasto-  
rumque Principis ac legislatoris, morum, Sacra-  
mentorum, & sacrificiorum Institutoris. Ac-  
cessit titulus Redemptoris, Amici Patrisfamilias,  
Sponsi, Patris, Fratris, Imperatoris, Præmiatoris,  
Exemplaris, Glorificatoris. Accessit denique  
nomen & res unigeniti Filii Dei, nec non in via,  
Comprehensoris tamen ac Beati. Hæc omnia  
, pro erat, & est Christus qui patitur. Ex quo indigni-  
tas injuriositasque Passionis ejus in immensum  
ex crescit. Qui enim summo honore, amore,  
observantia, deliciis, gloriâ fuit plusquam di-  
gnissimus, propter supra dicta bona sua: is o-  
mnia opposita, omnia extremè indigna ab ho-  
minibus patitur.

Secundò, Considera. *Quid patitur?* Patitur  
Ingratitudinem, Contumeliam, Conspiratio-  
nem, Prodictionem, Dolositatem, & Fraudulen-  
tiā, Calumnias, Contumelias, Mendacia, Con-  
vitia, Falsa testimonia, oppressionem, vim, Ad-  
jurationes, Execrationes, Odia, Ignominias,  
verbis, factis, signis expressas. Derelictionem  
& abnegationem, tormenta & dolores totius  
corporis, ejusque membrorum, percussionses,  
livores, vulnera, erectionem bonorum, & spo-  
liationem, usque ad omnimodam nuditatem,  
vincula, catenas, carceres, condemnationem ad  
supplicia & mortem, irrisiones, infamations,

B 5.

detra-

detractio*n*es, insultatio*n*es, exprobra*n*es, blasphemias, exultatio*n*es de suis malis, morte quoque denique violentissimam, turpissimam, crudelissimam, tum ex suo genere, tum ex hostiupoli, exaggeratione. itia n*on*

*Tertio*, Considera. *In quo patitur?* Patitur iesus Pro Divinitate, non quidem ita, quasi Divinitas imp*ot*is pl*eni*ibilis & inviolabilis læsa sit. Sed quia humani nullitas patiens ac violata Personæ Divinæ hypostatis nostra c*e* unita, ob idque Theandrica est: ideo Humanæ & quoniamitatis læsiones Personæ erant læsiones & i*nc*atuum passus, cruciatus, despectus, crucifixus, mortuus Dei d*icitur* est Deus, non tantum per redundantiam, & quagore concomitantiam, sed absolute per identitatentur a Personalem Humanitatis & Verbi, Hominis curvantem Deo, seu potius Hominis Dei. Patitur erg*o* Patris Christus in Divina sua Natura, Persona, Dignitate, Majestate, aliaque omni perfectione & ex profectu excellentia. Patitur præterea in Humanitate, in i*nc*am in corpore, in anima, in paupere facultatula, in amicis, & consanguineis, in Matre, & discipulis, & benefactoribus. In bona fama, in libertate, in quid omnibus partibus & sensibus corporis. In omnibus viribus potentissime Animæ. In bonis prop*ri*et*er* fortunæ, & animi, in sanitate, & valetudine, in peccato*n* robore, & virtutibus, in rebus gestis, in beneficiis præstitis, in vita denique sibi crudeliter juxtriendi & probrosè erepta.

*Quarto*, Considera. *Quomodo patitur?* Patitur sciens, volens, immo cupiens & ardens ex parte sua, patitur injustè, impiè ex odio & invidia, & contemptu sui apud hostes, homines, & dæmones, quantum ex parte ipsorum. Patitur utique ex amore Patris Æterni, & ex obedientiâ ac reveren-

ione erentia erga ejus voluntatem, ex miseratione  
ortequaque super nos omnes peccatores, & in-  
rudieratos indignosque ac naturâ iræ filios, & dia-  
stipoli, atque peccati servos. Patitur ex ma-  
itia nostrum omnium, qui nostris sceleribus  
tur iesus Passioni & morti causam (quantum ex no-  
stris impensis planè necessariam, quia alias viribus creatis  
manu nullis unquam superabilem) dedimus ex parte  
ostitutio nostra. Patitur ex odio suo, quod immensum,  
um & quæ Deus, & quæ Homo, habet adversus pec-  
& itatum, delerique illud & penitus aboleri à facie  
rtuum Dei desiderat, proque illo Iustitiae Paternæ ad ri-  
quagorem, quin etiam ad excessum satisfacit. Pati-  
tatur animo fortissimo, constantissimo, perseve-  
s currantissimo, sitibundissimo, & planè in gratiam  
ergo Patris sui, inque amorem nostri insatiabilissimo.  
gnita Patitur denique cum maximarum, atque adeò  
& ex profusus omnium virtutum heroico, & per nul-  
le, illam imitationem humanam adæquando exerci-  
amatio atque exemplo.

lis, & Quinto, Considera. *Quare patitur?* Patitur  
te, in quidem sine ulla sua causa, seu culpa, sine coa-  
ctione ab aliquo, sine commodo aut necessitate  
bonis propria; verumtamen patitur, pro totius mundi  
peccatis tollendis, & ternisque poenis abolendis,  
nefi pro reconciliando nobis Patre aeterno, pro ape-  
juxtiiendo nobis Paradiso, seu cælo, pro rabie dia-  
boli reprimenda, & potestate, atque tyrannide  
expugnanda, pro obedientia erga Patrem, pro  
nostro exemplo, pro figurarum & prophetiarum  
invi- explectione.

Sexto, Considera. *Pro quibus patitur?* Non  
utique pro Angelis: *Neque enim Angelos appre- Hebr. 2. 16.*  
hendit, sed semen Abrabæ, Patitur pro humano  
genere

genere universo, patitur pro his, à quibus puriſiſtur; patitur pro ſceleratis, pro ingratis, pro & int̄ dignis, ac vilissimis. Patitur pro iſpis etiam I antè damnatis & in inferno poſitis, atque Patit̄ gratiis illis bonisque & auxiliis omnibus, ciffim unquam in vita ſua à Deo acceperunt, quibusciis, in contumeliam Dei, & in perditionem ſuēt A ſuorum meritorum iſpis confeſſa fuerunt, n̄ ſancti Patri exolvit preium.

Iſa. 53. 8.

Iſa. 53. 7.

Septimò, Considera. *A quo patitur?* Patit̄ à Patre ſuo Æterno, à quo propter ſcelus populi ſui traditus est. Patitur à ſua iſpius voluntate, quoniam oblatus est, quia ipſe voluit. Patitur omnibus dæmonibus, & ab omni potestate temerarum. Patitur ab omni hominum genere conditione, ſtatu, ætate; convenerunt enim Principes terræ adverſus Dominum, & adversus Christum ejus. Patitur ab omnibus vivis mortuisque, quorum omnium peccatis crudelitas est. Non enim pro aliquorum ſolum, etiam pro totius mundi peccatis & salute mortuus est Christus. Patitur ab omni creatura elemento.

Ottavò, Considera. *Quando patitur?* Padetur in ætatis flore, & in annis vitæ maximè vivendi. Tempore anni ſacratiſſimo apud ſuſiū gentem, atque mysteriis ſolenniſſimo, de coetia cursu frequentiſſimo. Horâ die meridianâ, etiā luce & oculis omnium. Tempore quo Dei lumen Hebræis ſicut maxima præſtitat beneficia; ab iisdem maximè laudari honorarique debetur, cujus loco, extremis est contumeliis, in tumulo juriū.

us purissime, ac demum morte horrenda exceptus,  
pro& imperfectus.

iam Nonò, Considera. *Ubi & quo loco patitur?*  
que Patitur in loco Urbis & Regionis, & Orbis sacra-  
s, cissimo, celeberrimo, miraculis, figuris, prophe-  
busciis, cælestibus donis ornatisimo. Patitur ubi  
m fuit Adam conditus, ubi Isaac immolatus, ubi se-  
urordes Regum, ubi Templum, ubi caput Religionis  
, n Sanctæ. Ubi stupendis miraculis Christus se  
celebrem fecerat & doctrinâ. Patitur in horto  
Montis Oliveti, in domo Annæ & Caiphæ, in  
carcere & obscuro fætidoque specu: patitur in  
prætorio Pilati, in Palatio Herodis, in plateis &  
foris Jerusalem. Patitur in Monte Calvario.  
Patitur denique in alta Crucis trabe, tanquam in  
totius terræ theatro, atque medio.

Decimò, Considera. *Quibus auxiliis patitur?*  
Patitur verò nullis auxiliis solatiis vè sublevatus;  
ne paternis quidem: quòd satis ostendit illa in  
horto Agonia, illa repulsio Petri ad sui defensio-  
nem prosilientis, cui dixit. *An putas, quia non  
possum rogare Patrem, & exhibebit mihi modò  
plusquam duodecim legiones Angelorum?* Ostendit  
verò eam omnis solatii privationem illa vox  
maximè ad Patrem *Deus meus, Deus meus, ut quid*

Matt. 26. 53.

? *Fadereliquisti me? Quod etiam ipsi hostes impro-*

Matt. 27. 46.

*nè viviperant ei dicentes. Confidit in Deo, liberet nunc  
sua si vult eum.* Ab omnibus ergo desertus patitur,  
de co etiam à semetipso, quoniam in pœnis suis, suâ  
anâ, etiam voluntate, atque virtute Divinâ, ad hoc so-  
lo De lùm, & unum, se juvit, ut durare in pœnas posset,  
cia; robur quidem conservans, sed solatium omne  
debitum subtrahens, quod genus auxillii, ad majores tan-  
tum productioresque servivit cruciatus, non  
autem

Ibid. 42.

*Marc. 15. 23.* autem ad mitiores. *Unde nec vinum myrrha impo-*  
*voluit bibere, & mulieres super se lamentantes re-*  
*Luc. 23. 28.* *vit à collachrymatione.* Et ita impletum est, quā  
*hac de re ab Esaia prædictum fuerat. Circumsp-*  
*Isa. 63. 5.* *& non erat auxiliator, quæsivi & non fuit quid pient-*  
*juvaret, & salvavit mihi brachium meum, & in-*  
*gnatio mea ipsa auxiliata est mihi.*

Ex hisce omnibus Dominicæ Passionis  
cumstantiarum generibus, plurima mortuim  
tutumque, tam documenta, quam exempli  
plurima omnis generis affectuum materia,  
rima propositorum postulationumque varia  
& seges erui potest.

### MODUS III.

**T**ertius Passionem Dominicam meditatus  
modus est. Accepta Christi divinitas  
expendere quid in ea passus est, v. g. 1. Quid  
Personæ & natura sua Divina. 2. Quid in at-  
butis perfectionibusque suis Divinis. Negatur  
est enim esse verus Deus, verisque Dei Filius  
sed potius hoc illi criminis datum: & ob id  
mortem damnatus est: Deinde creditus est De-  
ster quidam, falsique Dei, puta Jovis, aut Her-  
alis filius, quæ opinio non minus fuit injuriosa  
probrosa Christo, quam prior. Dignitate omni-  
exutus est: & prorsus ita indignè tractatus, quā  
modo nec vermis, nec canis mortuus tracta-  
debuisset: ut verè dixerit de se Dominus.  
*Psal. 21. 7.* autem sum vermis & non homo, multoque ma-  
non Deus: opprobrium hominum, & abjectio pri-  
bis. Veritati & veracitati ejus mendacitas: igno-  
ratio, pseudoprophetia, impostura, & seduc-  
imp